



Adversus execrabilem antichristi bullam

<https://hdl.handle.net/1874/353226>

**ADVERSVS EXECRAB^D
LEM ANTICHRISTI
BVLlam, MAR.
LVTHERV^S.**



VITTEMBERGAE.



ANNO M. D^oXX.

I H E S V S.

MARTINVS LVTHERV VS CHRISTIANO LECTORI,
Gratiam Christi in salutem aeternam optat.



AMA peruenit ad me, Christiane Lector, Exiisse Bullam quandam aduersum me, pene in omnē terram, priusqam ad me, in quem unice fuit, & cui maxime etat inferenda, ueniret. Forte, quod noctis & tenebrarū scilicet filia, timuit lucem uultus mei. Hanc tamen ipsam noctuam, uix tandem multū adiuuātibus amicis, in imagine sua, datū est uidere. Quæ causa est, ut adhuc incertus esse cogar, ludant ne in me Papistæ mei, libello quodā famoso, & anonymo, an serio & uere sic Romæ insinuant. Neq; enim hic stilus (ut dicitur) neq; processus, Romanæ curiæ seruatus est, tum quod maxime urget, Articulos & imponit, & damnat, plane ac manifeste Christianissimos, ut mihi omniū uerisimiliū sit, hanc prolem esse monstri illius Iohannis Eccii, hominis ex mendaciis, simulationibus, erroribus, hæresibusq; confusi, & consuti.

Auget suspicionem, quod idem Eccius, talis Bullæ Apostolus fuisse dicitur Romanus. Neq; enim tali Apostolatu dignior ullus Apostolus. Atq; superioribus diebus audieram, parturiri in urbe, cōtra me Bullam quandā, diram & sœuam, eodem coartifice Eccio, id quod stilus & saliuia indicant. sed quæ illic bonis & eruditis quibusq; ultis summe displiceret, eoz differretur, immo opprimetur.

Verum, quicquid sit, mihi incredibile non est, ubi Apostolus Eccius auditur & ualet, ibi Antichristi regnum esse, & nihil non infaniarum homines audiunt. Interim tamen agam, ne credam, Leonem decimum Romanum Episcopum, cum suis eruditis Cardinalibus, esse harum infaniarum autores, quod non tam facio, ut Romanis nominis honorem custodiā, quā ne superbia nimis infler, & dignus mihi uidear, talia tam pulchra, tam glorioſa pati proueritate dei. Si enim uere Ro. Episcopus in me sic infaniret, quis Lutheru coram deo foelitior esset, qui ob tam manifestam ueritatem a tanto uertice damnaretur? Quid enim hic optandū mihi forū, quā ut nunquā absoluueret, reconciliarer, cōmunicarer Antichristo

4
isti indoctissimo, impiissimo, futiosissimo? Felix illa dies, felix illa mors, cum gaudio & summa gratitudine deo referenda, si quando fiat, ut in ista causa me apprehedat & perdat. Sed aliis des huius nominis honorem, & dignū querit ista causa martyrem. Ego peccatis meis alia meritus sum.

Existimationē igitur suam quisq; habeat de Romanis, Ego, quisquis fuerit huius Bullæ author, eum pro Antichristo habeo, & contra Antichistum hæc scribo, redempturus ueritatem Christi, quod in me fuerit, quā ille extingueret conatur. Atq; primum, ut nihil in me obtineat ex omnibus quæ uoluit. Protestor coram deo & domino nostro Ihesu Christo, & sanctis angelis eius, & toto mundo, me dissentire toto corde, damnationi huius Bullæ, quā & maledico, & execror, uelut hostem sacrilegam & blasphemiam Christi filii dei & domini nostri, Amen. Deinde, assero & amplector, fidutia tota spiritus mei, articulos per eam dammatos, asserendosq; pronuncio omnibus Christianis, sub pœna eternæ maledictiōis & Antichristos habendos, quicunq; Bullæ consenserint, quos & his scriptis, coniuncto mihi omniū spiritu, qui pure Christum cognoscunt & colunt, pro ethniciis habeo & deuito, secundū præceptū eiusdē dñi nostri Ihesu Christi, Amen. Hæc mea reuocatio esto o Bulla, uere bullarū filia.

Hac mea confessione seu protestatione facta, cuius testes esse uolo omnes, qui hæc legerint, antequā ad defendendos declarandosq; articulos procedam, aliquot argumentis in ipsam Bullā confutandam, præludere libuit, quorum primū ab inscitia Antichristi huius sumam. Apostolus enim Petrus iudicat, ut de ea, quæ in nobis est, fide & spe, rationem reddere parati simus. Et Paulus Episcopum iubet esse potentem exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. Atq; hæc ipsa sunt, quæ iam in tertium annū, efflagitauit & expectauit in Roma, aut iis, qui Romā sapient. Quæ & obseruata legimus in antiquis patribus diligentissime, quoties haereses dannarent, Sed nec Apostoli quippiā in suis Conciliis statuerunt, nisi allegata primū scripture sancta. Ita & ego cū expectarem ut facerent uias, scripture testimoniis me erudituri, ecce fecerunt labruseas, suis uerbis nudis me condēnantes, cū tot ego scripturis mea munierim.

Rogo te Antichriste indoctissime, adeo ne cōiunctisti, cū summa inscitia, summa temeritatē, ut presumeres oīs homines esse in stuporem uersos, & te nudis tuis uerbis contra armatissimā scripturam

triumphate credituros? An didicisti hunc morem dantinandi a Magistratibus Colonieñ & Louanię?

Si hoc est Ecclesiastice dñitare errores, tantū dicere, nō placet, nego, nō uolo, quis morio? quis asinus? quæ talpa? quis stipes? nō queat damnare? Non pudescit frons tua meretricea, ut sic in publico Ecclesiastico audeas, in anibus inermibusq; uerborū tuorū sumis cōradicere coelestī uerborū fulminib⁹? Plane, dedecorosam & dignā Antichtisto cōdemnationē, quæ tot scripturis sibi repugnatibus, ne iota quidē habet, quod opponat, sed unico uerbo occurrit dicens, Ego damno. Quar Turcæ nō credimus? Cur Iudeos nō admittimus? Cur hæreticos nō honoramus? qui & ipsi nostra damnat, si sufficit damnare? Nisi ideo nō eis cedimus, quia nō sine scripturis & rationibus nos damnat. Ipsi uero more nouo, sine scripturis & rationibus dñamus. Quid ergo in causa fuisse arbitrer, ut hec dñatoria Bulla, sic inanis & inermis, & uere bulla incederet, nisi insignē inscitia, qua cū mea uera esse uidissent, & tamen pati nollent, nec confutare possent, tentauerūt uario terriculamento perditæ papyri me tertere. Sed Lutherus bellis assuetus, bullis nō terretur, & inter invāem papyru, ac omnipotens uerbū dei distingue re didicit.

Eiusdē inscitia & illud est, q; uexante conscientia, nō sunt ausi articulos nominatum digere, quosq; in ordines suos. Timuerūt enī ne hæreticū affererent, quē nec erroreū forte nec scandalostū, possent ostendere. Proinde, inuenierunt aduerbiū, respectiue, & post enumeratos articulos dicunt, alias respectiue hæreticos, alias erroneos, alias scandalosos, quod est dicere, Nos putamus aliquos esse hæreticos, alias erroneos, alias scandalosos. Sed nescimus, qui, quales, quanti. O meticuloſa ignoratiā, quā lubrica & fugitiua es, quā odis lucē, ut uertis ac reuertis omnia, ne capiat is sicut Protheus quidā, nec sic tamē euāles, immo in astutia tua magis cōprehēderis & subuenteris. Prodi itaq; indoctissime Antichriste, doce nos sapientiā tuā, distribue tua ipsius uerba, die si nosti tuipſe, quid dixeris, ostende, quis sit hæreticus, quis uero erroneus, quis scandalosus, & quis sit quā lisciuq;. Debet enī tam magnificū damnatorē nosse, quid damnet, turpissimum autem sit, damnare articulūm hæreticū, & eundem non posse nominate. Nolo tantū respectiue, sed absolute & certe doceri. Sum enī Occanicē factiōnis, qui respectus cōtemnunt, ola autē absoluta habēt, ut sic iocer in istam Moriam. Vide ergo mi lector,

in signem insciatam Antichristianam, quā infelici dolo, se occulta
re prae sumit, sub aduerbio, respective. Non solum enim nō docet
ueritatem, & causam damnationis, sed nec errorē monstrare au-
det, nec hoc ipsum indicare, quod damnat, & tamen damnat. Nō
ne lautissima damnatio, damnare, & nescire quid damnes? Nonne
disertissima oratio, loqui & nescire quid loquaris? Quin anticyras
integras his bullatis motionibus optamus? Sic sapere & facere de-
bent omnes ueritatis aduersarii.

Sed scio quis dolor Iunonem istā p̄metat. Nempe, Eccius meus
memor, quā Lipsiæ pudefactus sit, dum me ob articulos hūs, spu-
mantibus labiis, sat plausibiliter theatro suo, hæreticum tercenties
clamaret furiosa uoce, & id ipsum postea probare non posset, cum
Constantien̄ damnatio, a me adducta præter spem Eccii, nullum
certum articulum signasset hæreticum, sed & ipsa, similis huic no-
stre, p̄ sua quoq; inscītia, alios hæreticos, alios erroneos, alios
offensios dixisset. & Eccius his auditis, turpissima temeritate in se-
met confusus, falso & mendaciter me hæreticum a se clamatum sen-
tit, uoluit Romæ huic uulnери suo mederi, & meidacium temeri-
tatis suę stabilire. Sed nō proficiet, prohibēte Christo, mendax So-
phista. Expostulo enim adhuc, ut absolute, non respective, distin-
cite, non confuse, certe, non simulanter, clare, non obscure, sin-
gulariter, non in genere, dicant, quis sit, & quis non sit hæreticus.
Sed quando hæc facient? Quando Christus & Belial conuenient,
aut lux & tenebre sociabuntur.

Quid ergo faciam ego interim? Primum, meticulosissimos & in-
doctissimos Papistas, Antichristiq; Apostolos cōtemnam, illudaq;
eis cum Helia & dicam. Si Baal deus est, respondeat, forte ebrius est,
aut in itinere, clamate uoce maiori, deus enim est, forte audit. Quid
enim aliud? Baali isti asini mereantur, qui damnant id, quod ne-
ciunt, & nescire se fatentur! Deinde securus ero, nec hæreticus, nec er-
roneus, nec scandalosus habendus, donec, si noui conuictū, tamen
simpliciter & nudis uerbis monstratū fuerit, in quo articulo talis sim.
Neq; enim iā onero Papistas meos stipites istos, ut probent, sed ut
monstrent saltē errorē, hoc est, ut ostendat, an sciant, quid lallen̄
ipsi met, scāue salinā senciāt. Dū enim nullū designat hæreticū, met
abitui est, quēuis oblatū negare hæreticū, & asserere catholicū,

Sed & hanc ruditatem ferme asinina rudiorem, quis non faveat
 Antichristo impiissimo & rudiissimo? Quod optimi homines, dis-
 cernunt haereticos ab erroneis, & hos ab offensivis, hos a scandalo-
 sis. Quia acutissima acutissimorum hominum distinctione, colligi-
 mus, Erroneum non esse haereticum, Quod autem haereticum non
 est, quid ad damnatores Ecclesiasticos, qui solum haeretica damna-
 re debent? Nam, quod haereticum non est, catholicum est, Christo
 dicente, Qui non est contra nos, pro uobis est. Immo uellem dari
 mihi ab ipsis uiris magnificis, Articulum erroneum, in Ecclesia, qui
 non sit haereticus? Si enim erroneus est, nihil differt ab haeretico, nisi
 pertinacia asserentis. Omnia enim equaliter, aut uera aut falsa sunt.
 Uicet affectus in anno aliquo uero aut falso, maior & minor esse po-
 sit. Vides ergo iterum Bullatos meos, non posse articulum mihi
 monstrare, qui erroneus sit, & non haereticus, & iterum lallare sicut
 furiosos, qui nesciunt quid dicant, damnantes in uentum. Erroneū
 non haereticum, qui noui possit esse in rebus, neq; uerbis, ut quales
 sunt articuli, talis sit & damnatio.

Par sapientia est, scandalosum esse, qui nec sit haereticus, nec erro-
 neus. Detur obsecro ille, non modo in meis, sed in omnī hominū
 uerbis & scriptis, ab initio mundi usq; in finem. Quis ergo hac por-
 tentia cogitate coegerit Papistas meos, nisi inscitia furiosa? Nisi forte
 scandalosos appellant, quo modo, ueri & catholici sunt scandalosi.
 Nihil enim est scandalosius ueritate, immo sola ueritas est scanda-
 losa, superbis & insensatis. Sicut de Christo. i. Corint. i. dicitur, Nos
 predicamus Christum crucifixum, Iudeis scandalum, gentibus stu-
 ticiam. Et Luce. ii. Positus est hic in ruinam, & resurrectionem mul-
 torum in Israel. Quare, cum Papistæ mei, scandalosos secesserat ab
 haereticis & errociis. Quod autem haereticum & erroneum non est,
 id catholicum & uerum esse necesse sit. Sequitur, articulos scandaloso-
 los, ab eis intelligi & damnari catholicos & ueros. O digna damna-
 tio Papistis. Vide mi lector, quorsum se se totat impietas cæcā, quam
 se ipsam irridet & illudit, quā facile capis i suis uerbis, quā imprudēs
 & stulta sit in omnibus suis studiis, nō solū nō probat errorē & scan-
 dalū, sed pro eo, ut mōstret solū, impossibilia & sibi turpis me pug-
 nantia loquitur. Vbi nunc tuū infelix respectiue in sceliticissima bul-
 la, quo respexit & in barathrū impietatis scilicet & ruditatis tux.

8
Idem dicendum est de offensiuis, nam hos neq; scandalulosos, neq;
erroneos, neq; haereticos esse oportet, cu tantis Papistis discernatur.
Quis ergo non mitetur tanta ingenia Papistarū, qui inuenire potue-
runt, offensiū esse in Ecclesia, quod tamen nec fallum, nec haereti-
cu, nec scandalosum, sed uerum, Catholicum, edificatoriū sit, & ta-
men hoc ipsum damnant? Quis uero non ambiat etiā ab iis insa-
nis dominari, qui sua propria damnatione ostendūt se damnata pro-
bare, & probata damna? hoc est, truncis & cautibus sele infen-
tores esse, palam cu summa sua ignominia cōmonstrant. Ite ergo
nos impii & insensati Papistæ, & sobri scribite, si quid scribere uul-
nis. nam hanc Bullam appetet, uel inter putanas nocturno conui-
nio esse egestam, aut in canicularibus furiis cōfusam. Neq; enim ulli
mortiones sic insanirent.

Retorqueamus autē imprudentiam istam Antichristi in eos eius,
& ex sermonibus ipsiusmet iudicemus & condemnemus eum, ut
deinceps discat astutius & meliore memoria mentiri. Oportet enim
mendacē esse memorem, iuxta prouerbium. Si alii sunt articuli offen-
siui & alii haeretici, & tu eum damnas, qui non est haereticus, ac per
hoc uerus & catholicus, etiam si sit sexcenties offensiūs, nonne im-
pudens os tuum dominat seipsum, non modo haereses, sed extre-
me impietatis & blasphemie, lesaq; maiestatis in ueritatem diui-
nā. ostenditq; uere te eū esse hominem, qui aduersatur & extollitur
super omne quod dicitur, aut quod colitur deus? Nōne tu es homo
ille peccati & filius perditionis, qui negat deū, emptorem suum, &
charitatem ueritatis tollit, ut operationem erroris sui statuat, quo
credamus iniquitati, ut Paulus predixit? Si enim articulus haereti-
cus non est, non potest esse offensiūs aut scandalosus, nisi haereti-
cis Antichristis & Satanis pietatis. Vide ergo, quā pulchra Bulla ista
omniū imprudentissima imprudentissimāq; dum in me aliud ha-
reticum, aliud offensiūs dominat, autores suos ueros haereticos &
aduersarios dei palam declarat, adeo non est scientia, non est con-
siliū contra dominū, adeo impietas crecūa pituit uerbis oris sui,
adeo uerū est, qui iacit lapide in altū, recidet super caput eius.

Et quod omniū pulchritūnū est, hac impiā contradictione sua
reuelantur cogitationes cordū eorum, & inequitā suā, quā nolunt
maxime celatam, maxime produnt, incredibili imprudentia. Esse

scilicet eos paratos, semel uniuersam ueritatem damnare, cum enim
haereticos afferant, quos hereticos ostendere aut nominare non po-
ssunt, nec sciunt, nec audent. Quid hinc intelligimus, nisi esse eos
toto corde aduersarios Christi, & paratos damnare omnem ueritatem
& tamen infelici hypocrisi, singunt se esse damnare haereses. En no-
bis, o Bullares afini, discite tandem, quid sit, Christum esse signum
conrradictionis & petram scandali, quam subito & facili negotio, de-
nudata est omnis interior impietas & ignominitia vestra, eis ipsis uer-
borum operculis, quibus eam cōtegere frustra studuistis. Habemus
itaq; hoc primo & euidenti argumento, Bullam hanc non esse, nisi
Antichristi, summi aduersarii dei & pietatis. Agnoscat nunc eam, si
audet, siue Eccius, siue Papa, & sciet, quo nomine, & qua opinio-
ne sit nobis obseruandus. In unū enim cumulū, hic omnia pessima
nomina conuerterunt. Impietas, blasphemia, inscītia, imprudētia,
hypocrisia, mendaciū. Breuiter, Satanus ipse cum suo Antichristo.

Nec minus reuelat impietas ista seipsum, & eo quod nunc dicam.
Decernit enim Bulla ista eximia, apertis impudentissimisq; uerbis,
Esse exurens eos etiā eos libellos meos, in quibus errores non sunt, ut
memoria mei penitus tollatur. Potes nunc Christiane lector, dubi-
tare infernalem draconem sonare per bullam istam & Vulgo dici-
tur, Afini ideo male cantare, quia altius otditur, & ista quoq; bul-
la felicitus cecinisset, si non blasphemū os suum in cœlū posuisset,
impudenti plusquā diabolica impietate, ueritatem etiā confessam
& probatam damnatura. Hactenus enim Satanus ueritatē sub specie
ueritatis oppressit, quoties oppressit. At hic homo peccati, aduersa-
farius & eleuatus supra deum, posita specie, apertaq; fronte, idq; int̄
Ecclesia dei absq; timore, ueritatem Christianam & cognitā &
probata m a seipso & omnibus, damnat & exuri mandat. Quid si hac
in Turcia fieret? Quo loco haec uox rogo digna, nisi imo tartaro?
Et non timetis Bullati nos Antichristi, ne laxa & ligna sanguinem
sudant, p̄e horrendissimo hoc spectro impietatis vestre & blas-
phemie.

Vbi es nunc optime Carole Imperator? ubi estis Reges & princi-
pes Christiani? Christo dedistis nomen in baptismo, & has tarta-
reas uoces Antichristi potestis ferre? Vbi estis Episcopi? ubi docto-
res? ubi quicunq; Christū confitemini? ad hæc horribilia Papistarū

15
potentia tacere potestis? Misericordiam Ecclesiam dei, factam Satanae,
tantum Indibrium. Miseros omnes, qui his temporibus uiuunt. Venit,
uenit ira dei in finem super Papistas, inimicos crucis Christi & ueri-
tatis dei, ut resistant & ipsi omnibus hominibus, prohibentes p̄ae-
dicari & doceri ueritatem, sicut de Iudeis dicit Paulus.

Finge quæso, me esse talem, qualem illa maledicta & maledicta
Bulla uideri cupit, hæreticum, erroneum, schismaticum, offensiuum,
scandalosum, in aliquot libellis. Quid meruere libelli, Catholici,
Christiani, ueri, edificatorii, pacifici? Vbi didicistis hanc religionem
Papistæ perditæ, ut propter hominem malum, damnatis & exura-
tis sanctam castamq; dei ueritatem? Non potestis homines perdere,
nisi & ueritatem perdatis? uos triticum euellitis cum Zizania? uos
grana dispergitis cum palea? Cur Origenem suscipitis in libellis ca-
tholicis, & non in totum aboletis? immo, cur imp̄issimum Aristote-
lem, in quo non nisi errores docentur, non saltem in parte damna-
tiss? Cur impias, barbaras, indoctas, hæreticasq; Decretales Papæ,
non exuritis? Cur in qua hæc non facitis, nisi quod non estis alia
causa positi in locu istum sanctu, qua ut sitis abominatione a Daniele
predicta, quæ daminet ueritatem, statuat uero mendacium & ope-
rationem erroris. Non enim alia decent sedem Antichristi.

Te igitur Leo decime, uos domini Cardinales Romæ, & quicquid
Romæ aliquid estis, cōpello & in faciem uobis libere dico, Si uestro
nomine, uestræ scientia, hæc Bulla exiuit, eamq; uestrâ agnoscis.
Vtar & ego potestate mea, qua in Baptismo, per dei misericor-
diam, factus sum filius dei, & cohaeres Christi, fundatus supra. fir-
mam petram, quæ nec portas inferi, nec coelum, nec terram formi-
dat, & dico, moneo, hortor uos in domino, ut ad eorū redeatis, istis
diabolice blasphemis, & plus ualde nimio audacibus impietatibus
modum ponatis, atq; id cito. Quod nisi feceritis, scitote, me cum
omnibus, qui Christum coluit, uestrâ sedem, a Satana ipso posse-
ssam & oppressam, pro sede damnata Antichristi habere, cui non
modo non obediamus, aut subditi & concorporati esse uelimus, sed
detestamur & execravimus, sicut principem & summum hostem Chri-
sti, parati pro hac sententia nostra, stultas uestrâs censuras nō modo
cum gudio ferre, sed etiam rogare, ne unquā nos absoluatis, aut
inter uestros numeretis, quin ut cruentâ uestrâ tyrannidē explicatis,

ad mortem nos ultro offerimus. Quod siquid spiritus Christi & im-
petus fidei nostræ ualeat, his scriptis, si perseveraueritis in furore isto,
uos damnamus, & una cum Bulla ista, omnibusq; Decretalibus Sa-
tanæ tradimus in interitū carnis, ut spiritus uester in die domini no-
biscum liberetur. In nomine, quem uos persequimini, Ihesu Christi
domini nostri, Amen.

Venit enim adhuc & regnat adhuc, in quo nō dubito, dominus
noster Ihesus Christus, quē & speramus propediē aduentus & inter-
fectiū spiritu oris sui, & destructiū illustratione aduentus sui, hunc
hominē peccati & filiū perditionis, quandoquidē negare nō possa-
mus. Si Papa istorū portentorū autor est, ipsum esse, uerū illū fina-
lem, pessimū, famosumq; Antichristū, subuertente orbem totum,
operationibus erroris sui, id quod impletū ubiq; uidemus.

Sed quo me rapit ardor fidei? Nondū totus persuasus sum, Pa-
pæ esse hanc Bullam, sed Apostoli illius impietatis Eccii, qui cum
fuis patribus, furente hiatu, me absorbere festinat, cantās. Deglutia-
mus eū sicut infernus uiuentē, & integrū quasi descendētē in lacū.
Huic enim furioso homini parū imo lucrū uidetur, si ueritatem dei
extinguat, modo uota impietatis & fraticidii impleat. O sortē Ec-
clesiæ hodiernā, sanguineis lachrymis dignā, Sed quis gemitus no-
stros audiret, quis plorātes solaf? Inexorabilis est furor dñi super nos.

Addunt iisdem homines, ut sunt admodū faceti & suaves, quod-
dam ridiculū, quo pro sua prudentia temperant seria ludo. Scriben-
tes mihi super omnia, quæ in me contulerunt immensa studia, etiā
sumptū & pecuniā ad iter Romanū obtulisse. Scilicet, noua charitas
Romæ, quæ orbem exhausit pecuniis, & uastauit tyrranide sua in-
tolerabili, mihi uni pecuniā offert. Verū, hoc inclytū mendaciū scio
euius fabri sit, Caietanus Cardinalis, ad mendacia cōponenda na-
tus & formatus, functus legatione sua felicissima, nūc Romæ secu-
rus, singit mihi per se promissam esse pecuniā, cū Augustæ, tam sor-
dida infamia ageret penuria, ut crederetur familiā suam fame occi-
furū. Sed Bullam decet esse bullā, & ueritate & sapientia inanci. Et
damnatoribus istis ius est nobis mandare, ut esse ueraces eos creda-
mus, dū mentiūtur, & Catholicos, dū hæretica docent, & Christia-
nos, dū Antichristū statuūt, per illud distributiū universale. Quod
cunq; ligaueris, ubi cū nihil exceptū sit, omnia per omnia eis licent,

12
¶ non potius ex diabolo conceperint, qui non solum metitiuntur manifeste, sed quod omnem impudentiam superat, mendacio eodem sese ad plausum popularem in mei inuidiam ornant, & charitatem sese milii exhibuisse, altero iam mendacio singut, cum si quid ueritatis, pietatis, grauitatis, Romanis istis tyrannis inesset reliqui, omni studio cauere debuerint, omnia ita in luce clare ab eis dici & geri, ut nec aduersarii suspitionem haurire mali cuiusquam possit. at nunc si nihil esset aliorum, quae Bullam istam eleuarent, hoc crassum & ineptum mendacium, eam leuem, uanam, & falsam arguit. Roma quoquo mihi pecunias exhiberet? Et unde illud, quod compertum habeo, Esse uidelicet per Trapezitas istos (quod Bancum vocant) definitos in Germania aliquot centenarios aureorum, Sicciariis, qui Lutherum conficerent. His enim rationibus & scripturis hodie pugnat, regnat, triumphat, sancta illa Apostolica sedes, magistra fidei & mater Ecclesiarum, iam dudum Antichristiana, & bislepties heretica, conuicta, si gladio spiritus, quod est uerbum dei, pugnasset. id quod non ignorat, ideo, ne quando ad id cogatur periculi, sic futurum in orbe Christiano, bellis, caedibus, citoribus, mortibus, uastationibus, omnia inuolvens & perdens, adhuc tamen sunt sanctissimi in domino patres, & ouisci Christi uicarii, pastores.

Sed age, ut & ipse colludam, adhuc mittant pecuniam, fidem enim seu conductum saluum, ne nimium eos grauem, libens resigno, cum non sit opus eo, modo propitia sit pecunia, tantum autem expto, quanta satis fuerit, ut xx. milibus peditum, & v. milibus equitum instructus, Romanum tutus ire queam, qua arte mihi satis fidei parabo, & hoc propter Romanum, quae deuorat habitatores suos, nulla nec seruata, nec seruante fide, ubi sanctissimi patres occidunt, dilectos filios suos, in charitate dei, fratresque perdunt fratres, in obsequium Christi, sicut est moris Romani atque stili. Interim liber ero, ab istius uenerabilissimae Bullae citatione. O uos infelices nebulae, qui ueritate & conscientia sic estis confusi, ut nec mentiri prudenter possitis, nec uerum dicere audeatis, & tamen summa ignorantia uestra quiescere non ualetis.

Affert quoque Bulla, nouam latinitatem. Cum enim Augustinus dixisset, se Euangelio non crediturum fuisse, nisi autoritate Ecclesiae fuisse comotus. Mox Bulla ista Inclita, hauc Ecclesiam catholicam

facit, quoddam fratres reverendiss. Cardinales, priores ordinum regularium, Magistros Theologiae, & doctores Iuris. Quorum consilio se natam gloriatur, scilicet nouam prolem uniuersalis Ecclesiae, Fc̄lix certe partus, nouae illius & haec tenus inauditæ Ecclesiae Catholice, & quā Augustinus acerrimus sectarum insectator, si uideret, nō dubitaret, Synagogam Satane appellare. Vide ergo insaniam Papistarum, Ecclesia uniuersalis est, quidam pauci Cardinales, priores, & doctores, forte uix uiginti homines, cum possibile sit, nullum eorum esse membrū unius Capellæ vel altaris. Atq; cum Ecclesia sit cōmunitas sanctorum, ut in symbolo oramus, sanctorum cōmunione, id est, Ecclesia uniuersali exclusos esse oportet, quicunq; non fuerint, in numero istorum uiginti hominum. Vnde, quicquid ii senserint sancti uiri, id mox uniuersalis Ecclesia sentit, etiam si mendaces, heretici, & Antichristi sunt, non nisi abominabilia sentientes.

Adeo ne Romæ insani, ullus credere potuisset? Est ne cerebri aut cordis eis reliquū quicquam? Augustinus de Ecclesia per orbem diffusa loquitur, Euangeliū concorditer confitente. Neq; enim ullū alium librum deus uoluit tanta concordia orbis approbari, quanta sacram scripturam (ut idem in confess. suis dicit) ne schismatibus occasio fieret aliis subinde receptis, id quod impia sedes Ro. suis decretis quæsauit, multis iam seculis, & heu magna ex parte confecit. Sed uniuersalis Ecclesia nondum ei consensit. Sunt enim in oriente, aquilone, & austro Christiani Euangelio contenti, nihil curantes, qd Roma ex seipsa particulari, uniuersalem Ecclesiam facere conatur, & cæteras schismaticas criminatur, cum ipsa sit prima, quæ se a tota separauit, & ad se totam rapere frustra molita est, princeps & fons omnium schismatum, hac tyrannide facta.

Nemo ergo speret, unquam fore, ut Ecclesia Catholica sapiat, quæ Bulla ista impia blatterat, cum nec ea, quæ uere est Romana, sic sapiat, nec continuo Catholicum habeat, quicquid Romanum esse confiterit. nullus (ut dixi) liber Catholicus ultra futurus est, sicut neq; fuit, preter scripturam sanctam. Romana Ecclesiae abunde sat is est gloriae, partem esse paruam uniuersalis Ecclesiae, suis statutis se ipsam uexantem. Curiæ potius Romane ista Bulla est, hanc enim Satanæ sedem, decet, talis sapientia & religio. Ipsa est, quæ nititur uniuersalis Ecclesia haberi, & suas stultas & impias bullas, pro Catho-

19
Sicis dogmatib⁹ toti orb⁹ arrogatissime sed vanissime obtrudit. Cui superbia & temeritas eo creuit, ut de sola potestate presumat, citra omniē doctrinā & sanctimonīā uitae, de oībus statuere hominib⁹, cōtūq⁹ dictis & factis, quasi ob solam potestatem aut sublimitatē spiritus, habitaculum & Ecclesia Christi sit, cū hac ratione & Satan⁹, cū sit princeps mūdi, aut Turca, Ecclesia Christi dici possit. Sed neq⁹ gentiū imperia potentes citra sapientiā & bonitatē ferūt. Tum in Ecclesia, solū spiritualis oīnia iudicat, & a nemine iudicat, ut i. Corint. ii. dicit, Nō utiq⁹ solus Papa aut curia Romana, nisi spirituales sint.

Verum, uniuersæ eorum temeritati oppono cōstanter inuictum Paulū, i. Corint. xiii. Si alteri sedenti reuelatū fuerit, prior taceat. Hic clare habes, Papam & quēuis aliū maiorem, debere tacere, si alteri inferiori in Ecclesia reuelatum aliquid fuerit. Hac ego autoritate nixus, cōtempta Bullæ temeritate, cū fiducia articulos defendēdos suscipio, nullius nudam damnationē tanti factutus, etiā si Papa sit cū tota sua Ecclesia, nisi scripturis me erudierit.

QVORVM PRIMVS EST.

Hæretica est sententia sed usitata, Sacraenta nouæ legis gratiā dare illis, qui non ponunt obicem.

Agnosco articulum meū, & quaro ex uobis Egregii domini respectiūstæ, qui alias respectiue hæreticos, alias erroneous, alias scandalosos decreuistis. Quo respicit hic articulus ad hæresim & ad errorem ad scandalū aut quo uos respexit, eū dominantes & ad scripturā sanctā ad sanctos patres ad fidē ad Ecclesiā. Quin dicitis nec dū enim uos probandi negotio molesto, sed indicandi solū debitū expositulo, ut sciam quid desit mihi. Vultis infantes pueri, ut ego dicā. Dico ergo, Hic articulus respectus duos habet, Altero respicit ad Papistas damnatores suos, inter quos uidet alias respectiue mulos, alias equos, quibus non est intellectus, ut qui proſus nihil intelligat & tamen oīnia damnat. Altero respicit ad sacrā scripturā, quæ docet Ro. iii. Omne quod nō est ex fide peccatū esse. Ex quo sequitur, sacra mentita nouæ legis nō dare gratiā incredulis, cū incredulitas sit maxī mū peccatū, & obex crassissimus, sed solū credētibus. Sola enim fides nō ponit obicē, cætera oīnia sunt obex, etiā si obicem illū nō ponat, quē sophistæ somniāt de actuallī tantū proposito extetni peccati Confiteor ergo articulū nō esse meū solū, sed ueritatis catholicae &

Christiane. Bullā uero damnaticē eius, esse bis hæreticā, impiā, & blasphemā cū oīnib⁹, qui eā sequūf, q neglecto peccato incredulitas insaniūt, obicē tolli, si homo peccare desuāt, etiā si nihil incredulus boni cogit. Verū, hæc lat⁹ & in libellis meis probauī, & probabo, si Romani isti lallatores sua ausint aliquā probare, me cōfutaturi.

SECVNDVS.

In puerō post Baptismum negare romanens esse peccatum. Est Paulum & Christū simul conculcare.

Et hunc exigerem utprobarent recte damnari, si domini mei, p̄ respectibus suis, nō essent excæcati, ut nec hoc perspicerent, quo nomine eū uelint damnatū haberi. Nescio enim hæreticus ne sit an erroeus. Et quid mirūs cū nec id damnatores eius sciant. Assero ergo & hūc articulū, per Apostolū Ro. vii. Ego ipse mente seruio legi dei & carne legi peccati. Hic aperte Apostolus ipsemēt de se confitetur, peccare in carne seu peccato seruire. Et i. Corint. i. Christus factus est nobis a deo, iustitia, sapientia, sanctificatio, & redēptio. Quomodo autē sanctificat sanctificatos? nisi quod iuxta Apoca. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. At sanctificari est a peccatis mūdari. Verū, quid respectuistis Bullatis & Paulo Apostolor⁹ Ipsi sunt tota Ecclesia uniuersalis, quorū autoritate Paulus aut stat aut cadit, cū sit membrū & pars Ecclesie. Incepit dominus in te Satan, & in satanicos istos tuos Papistas.

TERTIVS.

Fomes peccati etiam si nullum assit actuale peccatum, moratur exuentem a corpore animam, ab ingressu coeli.

De hac quidē re, nihil haſtenus definiui, sed copioſe ſatis & probabiliter diſputauī, nec hodie certus ſum, quid cū tali anīa agatur. At talpæ noſtræ Papales, cum neſcum uideant, quo nomine hic articulus eis ſit dignus damnatu uifus. audent etiam aſſerere, quod tota Ecclesia uniuersalis ignorat. Ego tamen adhuc iſta ſutili & ſulta dānatione cōtempta, teneo articulū probabiliter eſſe uerū. Cū enim fomes ſit peccatū uere, & ex Ro. vii. & Gal. v. probauī, & peccatū nō ſinat intrare caelū, ſicut ſcriptū eſt, Nihil inquinatū intrabit, aibitrot ſomitē peccati, remorari ingressum coeli. Neq; enī hic pili facio ſomnia eorū, quibus peccatū ſomitis extenuantes, pecnam peccati & defectū uocant, cōtra apertas ſcripturas, quae peccatū appellant, & per gratiā (quæ peccati uē & non fieri medicina eſt) ſanati docent.

QVARTVS.

Imperfecta Charitas morituri fert secū necessario magnū timorē, qui se solo satis est facere penā purgatorii, & impedit introitū regni.

Iste ex precedenti sequitur, quem & que non afferui, sicut probabi liter uerū adhuc asseram, prius petita dispensatione, arbitrio meo proprio, etiā inuita Bulla, quae alia nō afferre probationē potest, nisi hanc. Nos sumus sublimiores in Ecclesia tyrānii, imo ipsa Ecclesia, ergo sumus doctissimi & sanctissimi, pleni spiritu sancto, nō potest errare, etiā si omni spurcitia omnī criminum, omni inscitia per orbē feteamus, ceu lerna quædā. Sed istis rationibus apud me nihil promouetur, promouetur autē corā illis, qui metuunt ne, si mea sententia obtineat, purgatoriū e manu Papæ dilabatur, tum defunctū uexandorū (redimendorū uolui dicere) officia quæstuosissima, tanto damno accepto, Sacerdotes & religiosos ad famem adigant. Oportuit ergo Auaritiā hic uigilare, nec sinere, suas friuolas opiniones, sed turpilucrosissimas, ueritate superante, occidere.

QVINTVS.

Tres esse partes poenitentiae, Contritionem, Confessionē, Satisfactionem, non est fundatum in scriptura sacra, nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus.

Hic articulus, quo respectu damnetur, satis intelligo, respectius enim est ad auaritiam. Quare, & probationē eorum respectiā scio, quæ est talis. Si articulus esset uerus, tunc homines nihil darent pro satisfactione & indulgenceis. Nec haberemus eos amplius uexare, confessiōibus, casibus reseruatis, restrictis, ampliatis, pro nostro lucro. Et sic pauperes fieremus, & cultus dei minueretur, in uigiliis & Missis. Sed cultū dei minui est impiū, Quare Lutherus est hæreticus, tenet consequentia, a respectu Bullæ, ad Papistas & econtra.

Te per dominum Iesum oro, si quis grauis & eruditus lector hæc legeris, mihi indulgeas, leuitatem & (ut sic dixerim) puerilitatem istam. Vides enim, cum iis hominibus mihi rem esse, qui bis pueri sunt, & tamē omnī uitorū heroas seſe iactant. Dispeream, si nō copertissimū habeo, maximos & antesignanos duces populorū, hac (quā recitauī) plusquā septies stulta & ridicula ratiūcula motos, ad meorū libellorū damnationē. Ego nisi iram dei super nos saeuientē flens intelligerē, qua effeminatis pueris, & feci illi hominū, ultimā ex omni terra, nos subiecit, præ indignitate rei dirumperet.

Mea sententia, fuit & est haec, satisfactionem eam, quam claves queant tollere, non esse iuris diuini, si esset, non posse eam tolli per claves. Si quid aliud mihi hoc articulo isti Bullatores imponunt, suo more faciūt. Quid enim refert, si Antichristus mentiatur?

SEXTVS.

Contritio, qua paratur, per discussionem, collectionem, & de testatione peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, ac aeternae damnationis acquisitionem. Hac contritio facit hypocritam, immo magis peccatorum.

Proh incredibilem crecitatem & insciam Bullarum istarum, Meus certe est articus & Christianissimus, quem mihi innumerabilibus Papis & Papistis, non patiar extorqueri. Hoc enim ea doctrina egi, poenitentiā nullius esse momenti, nisi in fide & charitate fieret, quod ipsimet docent quoq; , nisi quod nec quid fides, nec quid charitas sit, aut sciunt, aut docent. ideo, dum mea damnant, sua ipsorum imprudenti contradictione, damnant. Dico ergo, qui poenitentiā sic docet, ut promissae misericordiae dei, & fidei in eandem, non maiorem habeat curam, quā carnificinæ istius, hic poenitentiam Iude scariothis docet, pestilens est, diabolus animatum, & carnifex conscientiatum. Lege autem libros illorum Sophistarum, de Poenitentia, & uidebis eos nec promissionis, nec fidei ullam mentionem facere. Has enim partes poenitentiae uinas omittunt, & solis mortuis contritionibus homines exagitant. Sed latius alias.

Sed quid denuo articulos omnes probem, cum extent libelli, ubi omnium rationem reddidi abunde, plura datus, si aduersarii sua quoq; in lucem dedissent. Quae est enim stultitia, ut hoc uno mihi responsum uelint, quod dicunt, sibi damnata uideri omnia mea, cum ego in hoc ipsum scripserim, ut suos errores ipsi agnoscerent, quibus populum dei hactenus dementauerunt, non hoc expectau, ut dominarer, qui sciens & prudens, damnata iam olim ab eis, ad ductis scripturis & rationibus, iustificaui. Nec uolui, ut diceret, quid ipsi saperent. Sciebam enim omnia, sed an recte saperent, id quesitum est a me, hic uolui erudiri, & ecce nemo audet prodire. Quare video, asinos istos, non modo mea & sua non intelligere, sed praesigni hebetudine, nec hoc percepisse, quid meis libellis quæsierim.

Arbitratur enim sc tales in opinione mea esse, apud quos sit ueritas, cum nihil minus de eis suspicatus sim. Cum enim olim ab eis omnia ista scirem damnata esse, non damnandus, sed uelut iam damnatus ab eis prodii, damnationem eorum traducturus, impiam & hereticam & blasphemam, eosq; nisi ratione reddita, recte sele sapere docuissent, erroris & haereseos crimine publice reos acturus, ipsi uelut ridiculus Citharedus, chorda semper eadem aberrans, petito principio, aliud non reddunt, nisi damnamus, que damnauimus, noua dialectica, probantes idem per seipsum, damnationem per damnationem. O ineptissimos & insulsissimos damnatores, ubi manet illud Petri, Semper parati ad reddendam rationem, de ea, que in uobis est, fide & spe?

Quare, cum Papistæ & Bullistæ isti ignorantissimi, ante ueritatis manifestæ faciem, sic sunt confusi metuq; perculsi, ut pro se suaq; sententia ne hiscere quidem audeant, & meticuloſiſſimā hanc Bullam egre emutierint. Ego inimicorum fuga erectus, hanc meticuloſam damnationem uice approbationis robustissimæ accepto, & suā in eos ipſos retorquo damnationem. Qua enim ratione seipſos poſſent magis damnare, quam, dum metuūt erroris & haereseos rei inueniri, si rationem reddere cogerentur, ad hoc extreum & fruſtra neum miserorum effugium labuntur, ut clausis & oculis & autibus, dicant, Nolo, damno, non audio, non admitto. Si ego ſic inſaniſſem, obſecro, quanta gloria in me triumpharent? Degeneres animos timor arguit.

Ego itaq; ne prolixo leſtorem grauem fermone, ſi ſingulos articulos proſequar, hiſ scriptis teſtor, me omnia damnata per Bullam iſtam execrabilem, conſiteri pro Catholicis dogmatibus, de quibus rationem redidit editis libellis. Deinde, adhuc uolo libellos meos in orbe uagantes uice publicæ accusationis haberi, aduersus impios iſtos Sophistas populi dei ſeductores, ita, ut niſi ratione reddita me conuicerint & ſua ſtatuerint, reos, erroris, haereseos, ſacrilegii, quantum in me fuerit, mihi ceneſantur, monens, rogans, hortansq; in domino, omnes qui Christum uere conſitentur, ab eorum peruerſis & impiorum doctrinis ſibi caueant, & uerum illum Antichristum per eos in orbe regnare non dubitet. Quod ſi quis fraternum hoc mortuum meum contempſerit, ſciat me eſſe mundum a ſanguine

19

suo, & in extremo iudicio Christi excusari. Nihil enim omisi, quod
charitati Christianæ debui. Porro, si alia uia non queo damnatori-
bus uerbosis & inanibus resistere, Ultimum, quod habeo exponam,
Nempe, hanc animiam, & hunc sanguinem. Melius est enim me
milies occidi, quam unam syllabam damnatorum articulorum re-
uocare. Et sicut ipsi me excommunicat pro sacrilega haeresi sua, ita eos
tursus ego excommunico, pro sancta ueritate dei, Christus Iudex
uiderit, utra excommunicatio apud eum ualeat, Amen.

1480353

1480353
A copy of the New Testament in the English language, with a short history of the church, and a brief account of the life and works of Jesus Christ, written by the author of the New Testament, and published by the Society for Promoting Christian Knowledge, in London, 1785. It contains the four福音書, the Acts of the Apostles, the Epistles of Paul, and the General Epistles, with the Apocryphal Books, and the New Testament of the Old Testament, and the New Testament of the New Testament. It is a very good copy, and is well preserved.